

FLORA.



N^o. 18.

Regensburg.

14. Mai.

1852.

Inhalt: ORIGINAL-ABHANDLUNGEN. Willkomm, Sertum Florae Hispanicae. Continuatio. (Labiatae.) — LITERATUR. Schmidt, Beiträge zur Flora der Cap Verdischen Inseln. (Schluss.)

Sertum Florae Hispanicae

sive enumeratio systematica omnium plantarum quas in itinere anno 1850 per Hispaniae provincias boreali-orientales et centrales facta legit et observavit auctor Maur. Willkomm,
Phil. Doct.

(C o n t i n u a t i o.)

Labiatae.

Lavandula.

789. *L. Stoechas* L. Benth. in Prodr. XII. p. 144.

Prope Valentiam in pineto loco la Dehesa et in montibus prope Chiva. Aug. defl.

790. *L. pedunculata* Cav. prael. n. 167. Benth. l. c.

Abundat in arenosis secus radices meridionales tractus montium centralium, v. c. en el Pardo prope Madritum, inter las Rozas et el Escorial, circa Villaviciosa, Hiendelañcina etc., in ericetis Extremaduræ superioris communissima; in Sierra de Guadarrama montibusque inter Extremaduram regnumque Legionense sitis usque ad alt. 5000' satis copiose; rarius ad radices septentrionales montium centralium, v. c. inter Salamanca et Alba de Tormes, inter Fontiveros et Villanueva de Gomez, prope S. Ildefonso. Sept. Oct. c. fruct., jam fere omnino exsicc.

791. *L. vera* DeC. β . *pyrenaica* Benth. l. c. p. 145.

In collibus calcareis dumosis inter Monreal et fluvium Irati in Navarra, copiosius in dumetis ad radices montis Pena de Oroël, inter Jaca et S. Juan de la Pena et alibi in Aragonia superiore ad alt. 1500—3000'. Junio, Jul. c. flor.

792. *L. Spica* DeC. Benth. l. c. — Pl. exs. coll. ven. n. 36 b.

Flora 1852. 18.

18

In incultis prope Sarrion in Aragonia australi, in montibus regni valentini prope Barrácas, Jérica, Segorbe, Chiva. Bunol etc. in Serania de Cuenca. Julio, Aug. c. flor. et fr.

Preslia.

793. *Pr. cervina* Fresen. Benth. l. c. p. 164. — Pl. exs. coll. ven. n. 540. (*Mentha cervina* L.)

In graminosis humidis uliginosisque prope Chozas et alibi ad radices meridionales Sierrae de Guadarrama. Sept. c. flor.

Mentha.

794. *M. silvestris* L. δ . *vulgaris* Benth. l. c. p. 167. — Pl. exs. coll. ven. n. 184. (*M. candicans* Mill. *M. tomentosa* Borkh.)

Ad fossas, aquaeductus, in humidis prope Bilbao, Yrun etc. in Cantabria, in valle Baztan Navarrae, Molina de Aragon et alibi in Castella nova et Aragonia inferiore. Julio c. flor.

795. *M. rotundifolia* L.

Ad fossas, in humidis circa Teruel, Daroca, Borja in Aragonia inferiore, in valle fluvii Palancia et alibi in regno valentino, circa Requena, Arganda del Rey, Toletum, prope Chozas etc. in Castella nova. Jul.—Sept. c. flor. fr. Etiam in Cantabria.

796. *M. aquatica* L. α . *nemorosa* Fr. Benth. l. c. p. 170. (*M. capitata* Opiz.) Ad fossas in Huerta de Valencia et alibi. Aug. c. flor.

β . *hirsuta* W. Benth. l. c. (*M. hirsuta* L.)

Cum praecedente.

δ . *subspicata* Benth. l. c. (*M. hirsuta* Sm. *M. subspicata* Whe.)

Cum praecedente.

797. *M. Pulegium* L. Benth. l. c. p. 175.

In graminosis humidis inter Colmenar et Chozas et alibi in Castella nova totaque Hispania centrali. Sept. c. flor.

Lycopus.

798. *L. europaeus* L. Benth. l. c. p. 178.

Ad fossas in Huerta de Valencia et alibi. Aug. c. flor.

Origanum.

799. *O. virens* Hffgg. Lk. Fl. prot. t. 9. — Pl. exs. coll. ven. n. 433.

Ad aquaeductus inter Borja et Bera, circa Carinena et Daroca et alibi in Aragonia inferiore; in regno valentino ad fossas sepesque in valle fluvii Palancia inter Vivel, Jérica et Segorbe atque Chiva; in Castella nova prope Requena, Cuenca etc. atque in Sierra de Guadarrama prope monasterium el Paulár. Julio—Sept. c. flor.

800. *O. vulgare* L. *α*. Benth. l. c. p. 193. — Pl. exs. coll. ven. n. 574 a.

In rupestribus apricis inter Vivél et Jérica in regno valentino, Aug. c. flor. Etiam in Castella nova prope Chozas. Sept. defl.

Var. *spicatum*. Rami paniculae trichotomi. Flores in spicas densas tetragonas medium pollicem longas congesti. Bractee imbricatae duas lineas longae parvae calycibus longiores obovato-oblongae acutiusculae non coloratae. Calyx campanulatus $1\frac{1}{4}$ '' longus valde glandulosus usque ad tertiam partem quinquefidus, dentibus inaequalibus, fauce villosus. Corolla rosea calyce paullo longior. *O. vulgare* *β*. *prismaticum* Benth. l. c.? an *O. majoricum* Cambess. enum. pl. balear. p. 124? an species distincta?

In rupestribus prope Chiva in regno valentino passim. Aug. c. fl.

Thymus.

801. *Th. Mastichina* L. Benth. l. c. p. 197.

In ericetis arenosis Hispaniae centralis, praecipue australioris, frequens: in pinetis Serraniae de Cuenca, ad radices Sierrae de Guadarrama, v. c. inter Cercedilla, Guadarrama et el Escorial, in ericetis Extremaduræ superioris, in collibus graniticis circa Plasencia, prope Salamanca etc. Augusto jam defl.

802. *Th. Zygis* L. Boiss. voy. Esp. suppl. p. 748. var. *floribundus*. (*Th. tenuifolius* *β*. *floribundus* Boiss. l. c. Flor. p. 488. t. 137. b. *Th. tenuifolius* Mill. et Benth. l. c. p. 198.)

In planitie alta circa Molina de Aragon prope Molina, Chera, Setiles ad alt. 3500 — 4000' in consortio Saturejae montanae. Jul. Aug. c. flor.

Var. *humilis*, verticillastris breviter spicatis. Pl. exs. coll. ven. 296 ex parte!

In summo jugo montis Pena de Oroël ad alt. 5000' in consortio *Th. vulgaris* L. Junio c. flor.

Obs. Stirps calycibus corollisque eximie rubro-glandulosis excellens, sed nil nisi forma alpina var. *α gracilis* Boiss. mihi esse videtur.

803. *Th. vulgaris* L. Benth. l. c. p. 199.

In collibus arenoso-calcareis aridis in valle fluvii Arga in Navarra septentrionali raro (forma ramis gracilibus elongatis, verticillastris numerosis distantibus laxè racemosis, floribus longe pedicellatis, foliis lanceolatis. Pl. exs. coll. ven. n. 226.); etiam in monte Sancti Joannis in Aragonia (forma foliis angustioribus magis revolutis); in collibus margaceis aridis prope Liedena et alibi in Navarra australiori, in valle fluvii Aragon, in monte Pena de Oroël, in Pyrenæis usque ad 4000' et alibi in Aragonia superiore, etiam in Sierra

de Moncayo (forma angustifolia condensata, verticillastris paucis capitatis. Pl. exs. coll. ven. n. 296 ex parte!) Junio, Jul. c. flor.

Obs. Species valde polymorpha quoad foliorum latitudinem, verticillastrorum dispositionem totumque crescendi modum. Folia in stirpe saltem hispanica, quam possideo e diversissimis peninsulae regionibus, semper vidi obtusissima neque acuta, ut afferunt cl. Koch et Benth.

804. *Th. Piperella* L. Benth. l. c. p. 200. — Pl. exs. coll. ven. n. 523 sub nomine Calaminthae Piperellae.

In parte inferiore montis Sierra de Chiva atque in montibus calcareis inter Chiva, Bunol et Requena in regno Valentino copiose. Aug. c. flor.

Obs. A *Th. Serpyllo* L., cui affinem hanc speciem dicit cl. Benth., abunde differt ramis erectis fruticosis, foliis crassis nervosis eximie glandulosis, verticillastris longe laxaque spicatis, floribus longe pedicellatis, corollis multo majoribus purpureo-coeruleis, tubo corollae calycem satis superante totoque habitu. Suffrutex caespitosus pedalis basi valde lignosus. Specimina mea cum specimine authentico a cl. Pavon prope Bunol lecto, quod possideo ex herb. Boutelouano, omnino congruunt. A *Calamintha Piperella* Benth., cui habitu similis, differt foliis distincte petiolatis, calycibus longe pedicellatis nec subsessilibus bilabiatis dentibus inæqualibus etc.

805. *Th. Serpyllum* L. Benth. l. c. — Pl. exs. coll. ven. n. 65.

In collibus graminosis apricis prope Bilbao et alibi in Cantabria satis abundanter (forma genuina foliis ciliatis); in collibus siccis ad fluvium Arga in Navarra (forma foliis non ciliatis); in Aragonia superiore usque ad 5000'. Majo, Junio c. flor.

Var. aragonensis. Basi valde lignosa, ramulis elongatis gracilibus, foliis ut in forma genuina sed subtus incanis et valde glanduloso-punctatis, verticillastris paucis et paucifloris in capitulum laxum et parvum aggregatis, corollis paucis albis. Affinis var. β . *montanae* Benth. l. c. (*Thym. montanus* W. K.) sed foliis minoribus subtus incanis et valde glandulosis capitulisque parvis ab ea differt. An species distincta?

Satureja.

806. *S. montana* L. var. *prostrata* Boiss. voy Esp. Fl. p. 495. — Pl. exs. coll. ven. n. 464. (*S. spinosa* L. ex Benth. l. c. p. 209.)

In sterilibus, incultis, glareosis Hispaniæ centralis orientalis frequens: in plantis inculta argillosa prope Maynar inter Carinena et Daroca in Aragonia australi; abundat in jugis elatis circa Molina de Aragon, Setiles, Pozondón etc. ad alt. 3—4000'.

Micromeria.

807. *M. marifolia* Benth. l. c. p. 224. — Pl. exs. coll. ven. n. 486. (*Melissa fruticosa* L. *Nepeta marifolia* Cav. præl. n. 171 et Ic. VI. t. 576)

In fissuris murorum et inter gradus theatri antiqui Saguntini prope Murviedro in regno valentino copiose. Aug. c. flor.

Obs. Planta fragilissima citriodora.

Calamintha.

808. *C. Nepeta* Hffgg. Lk. Benth. l. c. p. 227. — Pl. exs. coll. ven. n. 576 a. (*Melissa Nepeta* L.) Jordan Obs. Fragm. IV. p. 12. t. 9. A.

In valle fluvii Jerte prope Plasencia atque in montibus inter Plasencia et Banos in Extremadura. Oct. c. flor. et fr.

809. *C. Acinos* Benth. l. c. p. 230. var. *acutifolia*. Folia acutata apicem versus paucidentata. Corolla majuscula.

In Pyrenæis Aragoniæ in valle fluvii Gállego prope Sallent ad alt. 3500'. Junio c. flor.

810. *C. alpina* Benth. l. c. p. 232. — Pl. exs. coll. ven. n. 59 sub nomine *C. purpurascens*. (*Thymus alpinus* L. *Melissa alpina* Benth. Lab.)

Abundat in collibus calcareis graminosis apricis prope Bilbao, præcipue juxta monasterium Capucinerum, circa Somorrostro, in muris prope Villafranca et alibi in Cantabria; in valle fluvii Bidasoa, in valle Barton, in collibus ad fluvium Arga, in collibus inter Monreal et fluvium Irati in Navarra; in valle fluvii Aragon atque in Pyrenæis Aragoniæ. Majo, Junio c. flor.

Obs. Variat pro loci natura foliis angustioribus vel latioribus, subserratis vel integris, floribus majoribus vel minoribus, caulibus, calycibusque viridibus vel purpurascens; sed caules semper pubescentes vel villosi, folia, etiam floralia, semper viridia, corolla semper calyce plus duplo longior, purpureo-cœrulea. *C. purpurascens* Benth., quæ ex sententia cl. Benthamii verosimiliter nil nisi *C. alpinae* varietas, secundum cl. Boissierum (Voy. bot. Esp. Fl. p. 497.) ad *C. graveolentem* ducenda est, differt foliis floralibus coloratis (saltem ad venas rubro-violaceis) et corolla e calyce vix exserta et hucusque excepto Oriente non nisi in Hispania australi reperta esse videtur.

811. *C. Clinopodium* Benth. l. c. p. 233. — Pl. exs. coll. ven. n. 574 b. (*Clinopodium vulgare* L.)

In nemoribus inter Jaca et S. Juan de la Pena in Aragonia, in quercetis inter Pardos et Molina de Aragon in Castilla nova atque in Sierra de Guadarrama prope monasterium el Paulár. Jul. Aug. c. flor.

Hyssopus.

812. *H. officinalis* L. β . *vulgaris* Benth. l. c. p. 252. — Pl. exs. coll. ven. n. 533. In pinetis Serraniae de Cuenca passim; in collibus calcareis inter Cuenca et Cabrejas copiose Aug. c. flor.

Norminum.

813. *H. pyrenaicum* L. Benth. l. c. p. 259. — Pl. exs. coll. ven. n. 331.

In Pyrenæis Aragoniæ in graminosis in parte inferiore vallis Izas ad rivum, hinc inde copiose. Alt. 4—5000'. Junio c. flor.

Salvia.

814. *S. Hispanorum* Lag. nov. gen. et sp. n. 7. Boiss. Voy. bot. Esp. suppl. p. 748. (*S. officinalis* var. *hispanica* Boiss. Voy. Fl. p. 481. *S. officinalis* β . *Hispanorum* Benth. l. c. p. 264.)

In incultis Aragoniæ inferioris inter Sasa et Gurrea passim, copiosius in planitie arida inter colles Puerto de Daroca et pagum Lagunta; abundat in jugis editis circa Molina de Aragon, in Serrania de Cuenca et alibi in Castilla nova. Jul. Aug. hinc inde adhuc c. flor. fere ubique jam exsicc.

815. *S. pratensis* L. Benth. l. c. p. 289. — Pl. exs. coll. ven. n. 267. — In graminosis quercetorum in valle fluvii Aragon inter Yesa et Tiermes passim. Junio c. flor.

816. *S. Verbenaca* L. Benth. p. 294. — Pl. exs. coll. ven. n. 238.

In glareosis graminosisque ad fluvium Arga prope Venta de Olave in Navarra, in valle fluvii Aragon et alibi in Aragonia, per totam Hispaniam centralem et australiorem. Junio c. flor.

Rosmarinus.

817. *R. officinalis* L. Benth. l. c. p. 360.

In Aragonia inferiore, præcipue australiore passim; abundat in pinetis ericetisque Serraniae de Cuenca atque in ditione la Alcarria, inter Guadalajara et Cogollado etc. in Castilla nova; in montibus regni valentini prope Segorbe, Chiva etc. per totam Hispaniam orientalem, centralem et meridionalem. Julio jam defl.

Nepeta.

818. *N. Nepetella* L. α . *major* Benth. l. c. p. 383.

In rupestribus apricis prope pagum Prados-Redondos et alibi in planitie alta circa Molina de Aragon. Julio c. flor. In gypsaceis argillosisque salsuginosis inter Horcajada et Tarrancón in Castilla nova atque prope Segovia in Castilla vetere (forma foliis magis tomentosis, verticillastris in racemum compactum congestis. Pl. exs. coll. ven. n. 535.) Aug. Sept. c. flor. et fr.

β. humilis Benth. l. c. Forma multicaulis, basi valde suffrutescens. Pl. exs. coll. ven. n. 450.

In cultis derelictis sterilibusque prope Daroca in Aragonia australi frequens. Julio c. flor.

819. *N. Glechoma* Benth. l. c. p. 391. (*Glechoma hederacea* L.)

Ad sepes prope Yrun, Bilbao etc. in Cantabria, in Navarra, Aragonia; per totam Hispaniam. Majo c. flor.

Prunella.

820. *P. hyssopifolia* Lamk. Benth. l. c. p. 409. — Pl. exs. coll. ven. n. 379.

In margaceis aridis inter Jaca et S. Juan de la Pena raro. Jul. c. flor.

821. *P. grandiflora* Mönch. Benth. l. c. — Pl. exs. coll. ven. n. 102.

Ad vias, in glareosis, graminosis, Cantabriae satis copiose: inter Yrun et Renteria, circa Hernani, Tolosa, Villafranca, inter Somorrostro et Sopuerta etc. Majo c. flor. Etiam in Navarra (Val de Bartun), Aragonia superiore atque in Sierra de Moncayo in quercetis lateris aragonensis (raro). Jun. Jul. c. flor.

822. *P. vulgaris* L.

Ad viam regiam inter Somorrostro et Sopuerta et alibi in Cantabria, cum praecedente sed rarior. Majo c. flor.

823. *P. laciniata* L. — Pl. exs. coll. ven. n. 265. (*P. vulgaris* ζ. *laciniata* Benth. l. c. p. 411.)

In glareosis calcareis apricis inter Liedena et Yesa in Navarra atque in valle fluvii Aragon satis copiose. Junio c. flor.

Cleonia.

824. *Cl. lusitanica* L. Benth. l. c.

Abundat in arenosis pinetorum Serraniae de Cuenca, ubi plagas vastas obtegit. August. med. c. semin. mat. sed exsicc.

Obs. E seminibus collectis germinavit in horto bot. Lipsiensi, ubi aestate 1851 pulcherrime florebat.

Melittis.

825. *M. Melissophyllum* L. Benth. l. c. p. 432. — Pl. exs. coll. ven. n. 283.

In nemoribus Aragoniae superioris in valle fluvii Aragon inter S. Lucilla et Jaca rarissime. Junio c. flor.

Sideritis.

826. *S. spinosa* Lamk. Loy. α. caule foliisque tomentoso-hirsutis. nov. gen. et sp. n. 236. *S. spinosa* Benth. L. c. p. 442 ex parte! — Pl. exs. coll. ven. sel. n. 56a.

In calcareis sterilibus sabinetorum inter Pozondón et Celda in Aragonia australi ad alt. 3500' raro Aug. c. flor. et fr.

Obs. Cl. Benth. l. c. duas species distinctas sub nomine *S. spinosae* Lamk. enumerat et confuse describit, *S. nempe spinosam* et *S. serratam* Lag., quam cum priore infauste conjungit. Quam ob rem diagnoses emendatas specierum ambarum, quarum specimina originalia in herb. reg. Madriti vidi, addere volo:

S. spinosa Lamk. Suffruticosa, rhizomate ovato valde lignoso, multicaulis, caespitosa; caulibus 3—4 pollicaribus subsimplicibus, molliter lanato-tomentosis; foliis lanceolatis, infimis in petiolum brevem attenuatis mucronatis, sub apice utrinque unidentatis vel integris; reliquis sessilibus 6—8'' longis acuminatis utrinque 2—3' profunde inciso-dentatis, apice dentibusque spinosis, omnibus viridibus utrinque villosis; bracteis late cordato-ovatis vel suborbicularibus, profunde spinoso-dentatis, venosis, luteo-virentibus, pagina superiore (interiore) glaberrimis nitidis, inferiore (exteriore) parce pilosulis, verticillastos approximatos superantibus et cum iis spicam compactam 1—1½'' longam formantibus; verticillastris 6-floris, floribus sessilibus bracteis occultis; calycis subcampanulati 4'' longi adpresse villosi dentibus subæqualibus tubum æquantibus subulatis spinosis, fauce villosa; corolla parva, calyce brevior, lutea, villosa; nuculis oblongis subtriquetris 1'' longis atro-fuscis, nitidis.

S. serrata Lag. nov. gen. sp. n. 237. Suffruticosa, hirsuta, exsiccatione tota sordide flavescens; caulibus erectis subpedalibus, simplicibus; foliis caulinis sessilibus pollicaribus et ultra, 3'' latis, lineari-lanceolatis, utrinque acutis, apice mucronatis in utroque margine dentibus 6—8 pluribusve mucronatis (sed vix spinosis) instructis, trinerviis; bracteis ovatis vel ovato-lanceolatis, dentato-spinosis, hirsutis, verticillastos superantibus sed laxioribus quam in *S. spinosa*; verticillastris 6-floris, floribus sessilibus, calyce spinoso-dentato corollaque lutea parva ut in *S. spinosa*.

827. *S. pungens* Benth. l. c. p. 443. — Pl. exs. coll. ven. n. 400.

Ad vinearum margines prope Bera in Aragonia inferiore copiose, abundat in sterilibus incultis glareosis inter colles Puerto de Daroca et pagum Layunta, præcipue in planitie, ubi lacus salsus Laguna de Gallocanta situs est. Julio, Aug. c. flor. et fr.

828. *S. hirsuta* L. Benth. l. c. p. 444. — Pl. exs. coll. ven. n. 225.

In pascuis, ad vias, in agris in valle fluvii Arga in Navarra, ad fluvium Aragon et alibi in Aragonia. Junio c. flor.

Var. angustifolia. Humilis basi valde suffruticosa, ramis procumbentibus adscendentibus sæpe elongatis simplicibus, subadpresse tomentoso-villosis (nec patentissime molliter villosis ut in planta genuina); foliis lineari-lanceolatis grosse dentatis; floribus majoribus, bracteis grosse et profunde dentatis, dentibus calycibusque spinosis, minus villosis quam in planta genuina. Pl. exs. coll. ven. n. 257 (quoad stirpem navarram).

In margaceis sterilibus agrisque argillosis prope pagum Liedena in Navarra atque prope thermas Tiermes ad fluvium Aragon. Junio c. flor.

Obs. Planta fere intermedia inter *S. hirsutam* genuinam et speciem sequentem, quacum a me in schedulis plantar. exsicc. commutata est.

829. *S. Cavanillesii* Lag. nov. gen. et sp. n. 235. -- Pl. exs. coll. ven. n. 257, quoad stirpem aragonensem! — *S. scordioides* Cav. Prael. n. 776 ex autopsia! *S. hirsuta* β . *Cavanillesii* Benth. l. c.

In sterilibus argillosis quercetorum in planitie arida inter pagos Sasa et Gurrea in Aragonia inferiore copiose. Jul. c. fr.

Obs. Species ex mea quidem sententia bona a cl. Lagasca et Cavanilles l. c. bene descripta, a *S. hirsuta* caulibus dense cæspitosis strictis, (plerumque vix pedilibus) basi valde lignosis, crispato-tomentosis, foliis anguste linearibus utrinque dentes 2 obtusos gerentibus, supra viridibus sparse pilosis, subtus incano-tomentoso-villosis, spicis non nisi 3—6 verticillastros parvos distinctos gerentibus, bracteis cordato-orbiculatis eleganter et tenuiter spinose-dentatis glabrescentibus, floribus parvis, corollis calycem vix superantibus aliisque characteribus distincta est.

830. *S. montana* L. Benth. l. c. p. 446. — Pl. exs. coll. ven. n. 475.

In agris derelictis prope pagum Sarrion in Aragonia australi ad alt. c. 3500' copiose. Aug. c. flor. et fr.

Marrubium.

831. - *M. supinum* L. Benth. l. c. p. 450. (*M. sericeum* Boiss. voy. Esp. Fl. p. 508. t. 148. — Pl. exs. coll. ven. sel. n. 56b.)

In regno valentino in glareosis calcareis inter cacumina la Casoleta et Pico de Pascual ad alt. c. 3000' Aug. hinc inde adhuc florens.

832. *M. vulgare* L. Benth. l. c. p. 453.

In vineis prope Daroca, Teruel etc. in Aragonia australi prope Molina de Aragon, inter Cercedilla et Guadarrama etc. in Castilla nova, prope Segovia, Salamanca. Jul. c. flor.

β . *lonatum* Benth. l. c. p. (M. apulum Tenore?) Microphyllum,

foliis suborbicularibus utrinque molliter lanato-tomentosis, floribus majoribus, calycibus sæpe non nisi 5 dentes gerentibus.

In collibus aridis Puerto de Daroca. Julio fere exsicc. c. semin. mat.

Betonica.

833. *B. officinalis* L. Benth. l. c. p. 460. — Pl. exs. coll. ven. n. 429.

In nemoribus dumetisque Hispaniæ boreali-orientalis passim: in quercetis in latere aragonensi montis Moncayo ad alt. c. 1—2000'. Jul. c. flor., in quercetis inter Molina de Aragon et Pardos ad alt. 3500'. Aug. ineunte c. flor., in collibus dumosis prope Yrun, d. 17. Dec. adhuc florens.

Stachys.

834. *St. germanica* L. Benth. l. c. p. 464. — Pl. exs. coll. ven. n. 434.

Ad aquæductus prope Borja atque inter Pascuó et Alitan ad radices montis Moncayo in Aragonia inferiore. Jul. c. fl.

835. *St. alpina* L. Benth. l. c. p. 465.

In graminosis umbrosis provinciæ Cantabriæ passim prope Bilbao juxta monasterium Capucinatorum, inter Hernani et Oyarzun, prope Yrun in valle fluvii Bidassoa. Majo, Junio c. flor.

836. *St. silvatica* L. Benth. l. c. p. 469.

In sæpibus umbrosis prope Bilbao et alibi in Cantabria. Majo c. fl.

837. *St. annua* L. Benth. l. c. p. 481. — Pl. exs. coll. ven. n. 250.

In agris calcareis derelictis inter Pamplona et Monreal in Navarra copiose. Junio c. flor.

Galeopsis.

838. *G. Ladanum* L. *z. latifolia* Koch Syn. Fl. germ. — Pl. exs. coll. ven. n. 417.

Sierra de Moncayo in glareosis pinguibus partis superioris, præcipue in rupibus juxta sanctuarium ad alt. c. 3000'. Julio c. flor.

Obs. Forma calycibus glandulose-pilosis, dentibus tubum æquantibus, inæqualibus, duobus longioribus.

839. *G. carpetana* n. sp. Annua, pubescens et glanduloso-hirsuta, caule stricto inferne brachiatis ramoso; foliis lanceolatis, remote crenatis, obtusis, basi angustatis inferioribus subpetiolatis, floralibus conformibus; verticillastris multifloris ad apicem caulis ramorumque terminalibus solitariis vel frequentius duobus distinctis, foliis floralibus brevioribus; bracteis linearibus acuminatis pungentibus calyces subæquantibus; calycis tubuloso-campanulati subincurvi magni dentibus valde inæqualibus, duobus superioribus tubum fere æquan-

tibus, tribus inferioribus tertiæ solum tubi parti æqualibus, omnibus triangularibus acuminatis pungentibus; corollæ purpureæ calyce fere duplo longioris tubo subexserto incurvo, galea margine fimbriato-denticulata; nuculis oblongis laevibus.

Legi d. 16. Sept. in consortio cl. Vincentii Cutanda, professoris madritensis, in Sierra de Guadarrama in arenosis graniticis in latere meridionali jugi Puerto de la Fuenfria ad alt. circ. 5500' cum flor. et fr. Planta, ut videtur, rara!

Herba semipedalis, caule basi ascendente, ceterum stricto, tetragono, purpurascente, ramisque indumentum duplex gerentibus, pubescentiam nempe brevem et retrorsum vergentem et hirsutiem e pilis $\frac{1}{2}$ '' longis hyalinis articulatis in glandulam capitatam nigram desinentibus compositam. Rami breves. Folia $\frac{1}{2}$ —1'' longa, læte viridia, uninervia (nervis subtus prominulis purpurascensibus), utrinque pubescentia, non glandulosa excepto margine. Bractee calycesque longe albo-hirsuti et pilis glanduliferis crebris ciliati, purpurascens. Calyx 5—6'' longus, subangulatus, ore valde pilosus, dentibus patentibus. Corolla 8—9'' longa, galea extus pilosa, ceterum glabriuscula, fauce flavo-maculata, margine labiorum præcipue superioris eleganter denticulata. Stamina e tubo exserta labio superiore breviora. Nuculae $1\frac{1}{4}$ '' longae, nigro violaceae.

Species proxima *G. Ladano* L., a qua differt calycibus permagnis bilabiatis, dentibus calycinis valde inæqualibus, corollæ tubo incurvo, labiis fimbriato-denticulatis et præcipue indumento duplici eximie glanduloso.

Lanium.

840. *L. amplexicaule* L. Benth. l. c. p. 508.

In cultis prope Bilbao et alibi in Cantabria. Majo c. flor.

841. *L. purpureum* L. Benth. l. c.

Cum præcedente.

842. *L. maculatum* L. Benth. l. c. p. 510.

Ad sepes prope Yrun, Tolosa, Bilbao (loco Paseo de las Canas in sepibus umbrosis occurrit forma elongata foliis incisæ-lobatis) et alibi in Cantabria et Navarra. Majo, Junio c. flor.

843. *L. Galeobdolon* Crantz. Benth. l. c. p. 512. (*Galeobdolon luteum* Mönch.)

Ad sepes dumetaque prope Yrun, Oyarzun, Tolosa, Bilbao et alibi in Cantabria. Apr. Majo c. flor.

Ballota.

844. *B. nigra* L. Benth. l. c. p. 520.

In ruderatis prope Salamanca. Octob. c. fl.

Phlomis.

845. *Ph. Lychnitis* L. Benth. l. c. p. 537. — Pl. exs. coll. ven. n. 43 b.

In calcareis aridis Navarrae australioris (v. c. loco Puente del Diablo ad fluvium Irati), Aragoniae inferioris (Beruela, inter Maynar et Daroca etc.) totiusque Hispaniae centralis et australis. Junio, Julio c. flor.

846. *Ph. herba venti* L. Benth. l. c. p. 542. — Pl. exs. coll. ven. n. 389.

In agris prope Liedena, Yesa et alibi in Navarra austro-orientali, in valle fluvii Aragon, praecipue circa Jaca. Junio, Julio c. flor.

Teucrium.

847. *T. Scorodonia* L. Benth. l. c. p. 584. — Pl. exs. coll. ven. n. 215.

Ad rupes apricas praecipue arenarias inter frutices Hispaniae boreali-orientalis et centralis hinc inde: prope Yrun juxta sanctuarium S. Marcial atque in valle fluvii Bidassoa (copiose); in quereetis montis Moneayo ad alt. 1000—1500'; ad rupes graniticas in valle fluvii Jerte prope Plasencia. Jan. Jul. c. flor. Oct. c. fr.

848. *T. Botrys* L. Benth. l. c. p. 587. — Pl. exs. coll. ven. n. 315.

In pascuis siccis saxosis prope pagum Castillo in valle fluvii Aragon in Pyrenaeis ad alt. c. 2500'. Junio c. flor.

849. *T. Chamaedrys* L. Benth. l. c.

In glareosis calcareis rupiumque fissuris per totam Hispaniam: inter Jaca et S. Juan de la Pena (forma glabriuscula, bracteis calycibusque pupurascentibus), prope Molina de Aragon (forma hirsuta, fragilis, parviflora. Pl. exs. coll. ven. n. 454.); in jugis altis inter Chera et Setiles in Castella nova (forma humilis condensata); in planitie alta circa Barracas in regno valentino (forma parviflora, corollis flavescentibus, foliis inciso-crenatis) etc. Junio Aug. c. flor. et fr.

850. *T. pyrenaicum* L. Benth. l. c. p. 590. — Pl. exs. coll. ven. n. 128.

In rupestribus calcareis prope Bilbao v. c. in colle monasterii Capucinatorum abundanter, in ditone las Encastaciones prope Sopuerta et alibi; in montibus Pico de Sarantes et Pena Gorveya; in montibus prope Olave in Navarra, in valle fluvii Aragon, in Pyrenaeis usque ad 3500'. Majo, Junio c. flor.

851. *T. Polium* L. Benth. l. c. p. 591.

In rupestribus montis Sancti Joannis prope Jaca (forma foliis subplaxis supra glabrescentibus, capitulis hemisphaericis); Julio c. flor.;

in Sierra de Guadarrama ad radices cacuminis Penalara, ad alt. 6000'. Sept. c. flor. (forma condensata humilis, foliis cinereis valde revolutis, capitalis oblongis compactis.)

Ajuga.

852. *A. reptans* L. Benth. l. c. p. 595. — Pl. exs. coll. ven. n. 14.

In pratis, pascuis, graminosis, ad sepes prope Yrun, Oyarzun, Tolosa, Bilbao (forma umbrosa elongata), in montibus cantabricis (forma humilis, sæpe pollicaris), in Navarra; in pratis subalpinis in valle Izas et alibi in Pyrenæis Aragoniæ ad alt. 4 — 5000'. Apr. — Jun. c. flor.

853. *A. Chamaepithys* Schreb. Benth. l. c. p. 601.

In glareosis in valle fluvii Aragon prope Jaca raro. Junio c. flor.
(Continuabitur.)

L i t e r a t u r.

Beiträge zur Flora der Cap Verdischen Inseln. Mit Berücksichtigung aller bis jetzt daselbst bekannten wildwachsenden und kultivirten Pflanzen. Nach eigenen Untersuchungen und mit Benutzung der gewonnenen Resultate anderer Reisenden dargestellt von Dr. Johann Anton Schmidt. Heidelberg. Akadem. Buchh. von E. Mohr. 1852. VIII. 356. 8.

(S c h l u s s.)

Wenn wir dem Verf. zur weitem Würdigung der einzelnen Inseln folgen, so werden wir zu folgenden Resultaten geführt: St. Antonio bietet zwar keine geognostischen Verhältnisse, die einen Vegetationswechsel begründen könnten, allein gemäss der Höhe- und Lageverhältnisse unterscheidet Verf. doch a) eine Strandflora; b) Flora der wüsten steinigen Strecken und Thäler; c) der Bachränder und Sümpfe; d) der Culturen und Plantagen, sog. Unkräuter; e) der niedern Gebirge, Felsenabhänge etc. bis 1500'; f) der höhern Gebirge 1500 — 4500'. Im Ganzen finden sich auf Antonio 258 Gefässpflanzen (23 Culturpflanzen mitgerechnet), darunter 17 Bäume, 15 Sträucher, 37 Halbsträucher; von den übrigen krautartigen sind 47 niederliegend. Von 179 Dicotyl. Antonio's sind 63 auf diese Insel beschränkt, von 46 Monoc. 21. — St. Vincent zeichnet sich durch beinahe vollständigen Mangel jeder bedeutenden Cultur aus; der 3000' hohe Vered und die angränzenden Berge sind pflanzenreich; die abgetheilten Florabezirke sind basirt auf Terrain-

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1852

Band/Volume: [35](#)

Autor(en)/Author(s): Willkomm Heinrich Moritz

Artikel/Article: [Sertum Florae Hispanicae 273-285](#)